



Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio
Ersteller: de Turrecremata Johannes
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

pdicatiois et doctrine eorum et valles .i. humiles habundabunt frumento scilicet
 fruge bonorum operum de quibus omnes qui dicti sunt clamabunt ad dominum laudantes di-
 centes ei **Psalmus lxxv. i. q. de exultatione resurrectionis christi** **Vox ecclesie**
Ubilate deo ineffabili leticia de gaudio resurrectionis omnes habitantes
 terram. coniungite iubilatioi bona opera in gloriam resurrectionis eius. et omni tempore
 deposito annunciate alio deum esse gloriosum non ad laudem nostram sed ad lau-
 dem ipsius omnia referte. **D**icite deo o fideles confessione laudis quam terribilia
 opera tua scilicet quod cum deus esses factus es homo. quod passus tandem. quod mortuus
 quod resurrexisti. dicunt autem homines opera terribilia que profecto dici possunt
 amabilia. tamen quia in se incomprehensibilia sunt. tamen ut timeas. si enim gau-
 des propter predicta etiam time. ne quod datum est humili auferat superbo. et licet
 opera tua christe magna virtute et pietate plena sint. tamen in hac virtute meci-
 ebant inimici tui iudei. quoniam opera tua signa admiranda non spiritui sancto sed
 dyabolo ascribebant. dicentes te in beelzebub principe demoniorum illa facere
 illis ergo relinquitur in mendacijs. **O**is homo te adoret. te veneret. tibi concinat
 te predicet ac in nomine tuo cuncta operet o altissime. **V**enite o gentes per fidem
 ad christum et lumen cordis. cognoscite opera domini antiquis patribus facta in nobis
 esse completa. que terribilis est super filios hominum. terribile est cogitare quomodo
 unus reprobat et alius eligit. terribile est cogitare quomodo deus iudeos
 ex quo natus est christus dereliquit. et ad gentes procola colentes venit. ecce opera
 que superius admonuit intellige. **Q**ui dominus convertit mare in aridam. quoniam
 hebreum populum per medios fluctus ire fecit. et in flumine scilicet iordanis transibat
 pede sicco ibi letabimur in ipso. sic tunc populus israel fuit letatus ita perfiguratione
 predictorum operum vaciter plus letatus est populus christianus. nam quod populus ille per
 mare transiit sequens christi baptismum significabat. in quo omnis amaritudo peccati
 abluit. quod in flumina sicca pedibus sine periculo populus ille transmeabat si-
 gnificat fluentia huius seculi secure posse per gratiam transire. et ad fluen-
 tia patrie tutissime pervenire. et ibi. in omnibus operibus sic completis in nobis le-
 tabimur in ipso scilicet deo. quia in his letantur christiani. in ipso dico deo letabimur.
Qui dominus dat omnibus in virtute sua gratia. hoc est proprium eius quia licet dominus
 possit principes terrarum. non tamen in virtute sua sed dei. nec in eternum oculi eius
 respiciunt super gentes credituras ut misereatur eis. iudei vero et alij increduli
 iram dei provocantes non exaltant in semetipsis sed humiliabuntur et depmuntur
 et ideo. **B**enedicite gentes deum nostrum consona predicatione glorificate et audi-
 tam facite vocem laudis eius. firma credulitate suscipite et alijs predicare.